Quomodo erigenda sit figura per ascensiones rectas et obliquas.

Sumatur imprimis uerus locus ☉ ex ephimeridibus correspondens tuo tempori aequato. et addendo si opus fuerit differentiam meridianorum. Sumatur quoque ascensio recta ☉. 2° horae in aequatore reducantur ad gradus aequatoris sumptis pro una hora ·15· gradibus aequatoris, et pro singulis 4or minutis horae, unum gradum ipsius aequatoris sumendum est. et pro ·15· secundis horae sumatur quoque unum minutum aequatoris. qui gradus iungantur cum ascensione recta solis. et cum hoc toto numero conflato ingredere tabulam ascensionum rectarum aequaliter. et quod in in capite et in latere sinistro pro sili erit facta proportionali si opus fuerit, erit signum et gradus et minuta 10. domus. 3° adde 90· gradus ascensioni rectae 10· domus et prodibit ascensio obliqua horoscopi, reiectis 360· gradibus si necesse fuerit. Quarto sumatur ascensio recta horoscopi et ab hac ascensione recta dematur recta medij coeli seu 10ae domus. et si opus fue

et si opus extra turpiam

quo facto gradior cum gradibus tabula ascensionum rectarum aequaliter gradus correspondeant gradus minutis signi facta proportione hac erit ascensio recta ☉

tanquam ascensio recta medij coeli

fuerit adde ascensioni rectæ horoscopi 360 grad. ut ab hac ascensione proi- demi ascensio recta medij cœli et quod remanserit erit arcus semi diurnus, quem arcu dividas in 3. pes et qd pervenerit quotienti est quanti- tas duarum horarum temporalium diurnarum quas si addas ascensioni rectæ medij cœli prodibit ascensio recta 11.ae domus.

diurnarum

Si huic et ascensioni rectæ addas alias duas horas prodibit ascensio recta 12. domus. Deinde hæ duæ horæ temporales diurnæ subtrahantur a 4or horis æquatoris idem a 60. gradibus et qd remanserit erit quantitas duarum horarum temporalium nocturnarum. Quas si addideris ascensioni rectæ horoscopi perveniet ascensio recta 2.ae domus. Et si has duas duas horas addideris ascensio- ni rectæ 2. domus perveniet ascensio recta 3. domus. Postquam inveneris has

6\. has ascensiones rectas 6. domorum ingredere cum his ascensionibus rectis in tabulam ascensionum rectarum inchoatam ab ♈ ~~...~~ ~~illuc~~ idem facias cum ascensione obliqua ascendentis ingrediendo in tabulam ascen- sionum obliquarum tuo polo convenientium et illuc invenies in fronte et in latere sinistro signa et gradus correspondentes cui- libet

cuilibet domui . Incentis iam 6 do
mibus facile inuenies ceteras.

Exemplum.

Egrotauit uir lisbonae sub latitudine 39.
graduu et 35 minutorum et longitudine
4 graduu et 18 minutorum, anno 1558.
31 die Martij horis a meridie 16.
minutis 12 secundis 24.

1° sumo uerum locum ☉ et inuenio esse
☉ in 26 grad. m. 0. ♈. Et ~~ad hoc tpus aequatum~~
aequabo tempus. Et ad hoc tempus aequatum
addidi unicam horam et 22 minuta Et
hoc tempore aequabo motus omnium planetarum ut
in figura uidere ♃.

2° redduco horas et minuta horarum
post meridiem in gradus et minuta aequa-
toris Et inuenio esse 243 gradus et
6 minuta quibus addo ascensionem rectam ☉
quae est 24 gr. et 6 min. et fiunt 267 et
12 min. Et hoc est ascensio recta medij coeli
Et ingrediar tabulam ascensionum rectarum cum his gra-
dibus faciendo pro proportionale si opus fuerit
et inueniam signum in fronte et gradus in
latere sinistro: quod signum et gradus et minuta
ponam in 10 domo.

Adde huic ascensioni rectae medij caeli 90 grad.
et fiunt 357. et 12 min. et hoc erit
ascensio obliqua horoscopi. Quod si cum hac

ascensione obliqua horoscopi ingrediaris tabu
lã ascensionũ obliquarũ ad latitudinẽ 40. gra
duũ invenies in fronte correspondere
signũ piscis et in latere sinistro. 28 grad.
et 12. min. facta pr pportionali. quod
signũ gradus et minuta ponendi in ascen
dente. ~~Invento iam horoscopo et medio~~
~~caelo ad caetera caeli domicilia accedamus~~

ab # Et si cum hac ascensione recta medij caeli
ingrediaris in tabulã ascensionũ rectarũ in
venies ei correspondere 27. gr. et 27. min.
~~Et~~ qd signũ grad. et min. ponemus in
cuspide 10. domus. Invento iam horosco=
po et medio caelo ad caetera caeli do=
micilia accedamus.

Sume ascensionẽ rectã horoscopi q̃ est
357. gr. et 12. min. Et ab hac ascensione
deme ascensionẽ rectã medij caeli q̃ e
267. et 12. minut. Et remanent 88. grad.
et 24. minut. Quod si hoc residuum
dividas in 3. ptes aequales pvenies quantitas
duarũ horarũ tporalium ~~[illegible]~~ diurnarũ
idest 29. grad. et 28 min. stas horas tpora
les facilis ex tabulis Alfonsinis deprehendes.
Ingrediendo in tabulam ascensionũ obliquarũ ad
latitudinẽ tuae regionis cum gradu ascendentis in
latere sinistro et in cap. cum signo ascendentis
Et qd in angulo cõi psilierit sub tio partiũ
horarũ erit quantitas unius horae tporalis
diurnae quam si duplicaveris erit quanti
tas

tas .2. horarum temporalium diurnarum. Quod si quaesieris horas nocturnas deme duas horas diurnas à 60. gradibus et quod venerit erit quantitas duarum horarum temporalium nocturnarum. Inventis iam horis nunc addendo 29. grad. et 28. minut. ascensioni rectae medij coeli quae est 267. gr. et 12. min. provenient 296. gr. et 40. min. et hoc est ascensio recta ii. domus: Ingredimur ergo cum his gradibus et minutis tabulam ascensionum rectarum faciendo per proportionalem. et signum apparebit in fronte, gradus vero et min. in latere sinistro, quod signum gradus et minuta ponemus in cuspide .11. domus.

Et si huic ascensioni rectae addas 29. grad. et 28. minut. provenient 326. grad. et 8 minut. et hoc est ascensio recta 12. domus, cum quibus gradibus ingrediemur tabulam ascensionum rectarum ut inveniamus signum, gradus et minuta 12. domus.

Quod si has duas horas temporales diurnas quod est 29. gra. et 28. minu. subtraxeris à 60. gradibus provenient 30. grad. et 32. minut. quod est quantitas duarum horarum temporalium nocturnarum quas si addas ascensioni rectae horoscopi provenient 386. gra. et 8. min. et quia in tabula non reperitur tantos numeros demo 360 grad. et remanent 26. gra. et 8. minut. et haec est ascensio recta 2. domus. Si addas huic ascensioni rectae 30. gra. et 32. min. proveniet 56. gra. et 40. minu.

et 40. minu. Qd si cum 54 ascensionibus ingre
chari in tabulam ascensionum rectarum inuenies
correspondere 2a. domui 28. grad. de arie-
te 7. minut. et 3a. domui 28 grad. 54. minu.
Tauri et semper quando numerus ascensionis
non reperitur in tabula fac per regulam proportionalem.
Inuentis iam sex domibus contrarias facile negotio
compones.

CC.2
169

153

[illegible] ingente
motus [illegible] vicini
temporibus [illegible] 1° gradu [illegible]
[illegible] minut. et [illegible] 2° [illegible]
[illegible]
in [illegible]
[illegible] proportionalem
[illegible]

Meu sor. Dom fre

Mensor [illegible]

mes mes quero contar maravilhas

Diz Manoel da fonsequa
morador nesta villa de S. Joam da pesqra.
[illegible] [illegible] morador na [illegible]
he Selom [illegible]

MANUSCRIPTO

1184